

ANSALDI
DE ANSALDIS
J. U. C. PATRITII FLORENTINI,
Et Sacrae Rotae Romanae Auditoris,
DISCURSUS LEGALES,
DE
COMMERCIO,
ET
MERCATURA:

In Quibus

UNIVERSA FERÉ COMMERCII ET MERCATURÆ
Materia resolutivè continetur.

CVM INDICE ARGUMENTORVM, CAUSARVM, MATERIARVM,
& RERUM opulentissimo.



GENEVE,
Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DC. XCVIII.



SERENISSIMO
PRINCIPI
COSMO III.
MAGNO ETRURIAE
DUCI, &c.

ANSALDVS DE ANSALDIS FELICITATEM.



ELSITVDINI TVÆ primum hunc
Laboris, vel Ingenii fœtum gloriosè submit-
tere, & augustius consecrare, mens profe-
ctò innumeris, & mecum usque subortis be-
neficiis onusta conceperat; Nec enim Com-
mercii, & Mercaturæ titulus Operi inditus,
universam generis humani, & alteram ferè
elementarem Terrarum Orbis felicitatem
complectens, sanctius dicari promeruerat,
quàm COSMO, qui inter cætera, ac
sublimiora Principatus studia, fœdere navigationis, & Commercii
parvum veluti Orbem Exterorum securitati, & paci Subditorum, Li-
burni conclusit, miraque prudentia finitimos Bellorum strepitus aver-
tens, & Classium, Copiarumque sociatas vires in extremas Barba-
rorum Oras ad Christianæ Religionis præsidium, & incrementum
Saero Ærarii censu profundens, illuc velut ad Emporium tranquilli-
tatis, ac publicæ fertilitatis insimul peregrinas Merces, cunctaque alibi
pretiosè dispersa collegit.

Sed tanquam pudori meo consulere, animum cohibebat Regiæ
Tuæ Dignitatis fastigium, ad quod non nisi per gradus humiliores
ascendere tentabam, & sicuti Summo Deo ope Sanctorum preces, &



ANSALDI DE ANSALDIS

J. V. C. PATRITII FLORENTINI,

Et in Romana Curia Advocati,

NUNC

S. ROTÆ ROMANÆ AUDITORIS,

DE

COMMERCIO

ET

MERCATURA,

DISCURSUS LEGALES.

LIBURNEN. GIRATÆ LITTERARUM
CAMBII

PRO
FRANCHIS,

CVM
QUARATESIIS.

ARGUMENTUM.

Giratæ Contractus qualis sit naturæ, & cui alteri Contractui assimiletur, & latè cum plurius casuum distinctione agitur, an, & quando girans litteras Cambii possit pœnitere, & reuocare Giratam in præjudicium Giratarii.

SVM MARIVM.

1. Falsi series.
2. Reuocatio Cambii.

3 Quid agendum ubi desinunt Auctoritates pœnitentes?
4 Secuta decolitione ad reddi post litterarum acceptationem, an qui numeravit pecunias scribens possit illas repetere, vel compensando cum alio debita retinere.

5 In contractum Cambii regulariter non est locus pœnitentia.

Intellige, ubi pœnitentia tenderet in præjudicium scribentis litteras Cambii, num. 6.

Ratio, quare non possit in præjudicium Scribentis repeti à numerante pecunia, & explicatur eod. Baldi 348. lib. 1. num. 7.

8 Numerans pecuniam non potest habere regressum contra scribentem, nisi ubi littera non fuerint acceptata, vel effectuada.

Et in hoc casu non potest scribens liberari à regressu per traditionem novarum litterarum, num. 9.

Quid, si numerans pecuniam novis litteris receperit ab eo, cui prima erant directæ, remissivè, ibidem.

10 Scribens, vel acceptans litteras Cambii sub spe futura numerationis quando possit opponere exceptiōnem non numerata pecunia.

11 Amisissis litteris potest repeti pecunia, & quando.

A

12 51